



CLASSIQUES
GARNIER

Édition de COULSON (Frank T.), MARTINA (Piero Andrea), « Livre II. [Partie I] », *Commentaire Vulgate des Métamorphoses d'Ovide. Livres I-V*

DOI : [10.15122/isbn.978-2-406-10729-3.p.0238](https://doi.org/10.15122/isbn.978-2-406-10729-3.p.0238)

Publié sous licence CC BY 4.0

LIVRE II

Mutationes huius libri sunt : de iuvene in cinerem Pheton ; Heliades sorores eius in arbores ; lacrimae illarum in electrum ; Cignus filius Steleni cognatus Phetontis in auem cignum ; Parasis de pudica in impudicam, de impudica in puerperam, de puerpera in ursam, de ursam in stellam, et filius¹ Nictimene in noctuam ; coruus Apolloni sacratum de albo in nigrum ; filia Coronei in cornicem Palladi sacratam ; Oechiroe in equam ; Apollo in pastorem ; Batus in lapidem ; Iupiter in taurum, et in hoc terminabitur liber iste. Primam ergo mutationem proseguendo domum solis ad quam uenit Pheton, unde supra « primosque adit impiger ortus », describit actor dicens *regia* etc.

1. REGIA domus ; SOLIS solaris.

Regia potest poni adiectiue et substantiue, et quando ponitur adiectiue tunc subintelligitur domus².

regia : ab hiis uerbis habuit magister Galterus occasionem <de>scribendi domum Victorie ubi dixit : « Quadrans ubi fixa columpnis, | stat sita sub cliuo lunaris in aere motus | regia regine, cuius Victoria nomen³ ».

Vocat actor illam domum regiam et bene quia domus est regis. Sol enim est rex omnium planetarum, regit omnia quia est principium uegetationis omnis. Nulla domus regia dicitur nisi regis.

In *Anticlaudio* : « Hic sua preradiat celestis regia solis⁴ ».

2. MICANTE resplendente ; FLAMMAS in splendore ; PIROPO lapide.

Piropus est quidam lapis rubei coloris et dicitur a 'pir' quod est ignis, et 'opus' quod est uisio, quasi ignea uisio, uel quasi dans similitudinem ignis. Piropus lapis est preciosus, flammaticus nomine eo quod scintillas emittit, uel genus electri. Tria sunt genera electri : unum quod ex

1 filius] V², filio S W.

2 S W, in ras. V

3 in aere... nomen] V W, om. S.

4 in anticlaudio hic sua] S W, hic bene V² in ras.

LIVRE II

Les transformations de ce livre sont les suivantes : Phaéton, de jeune homme en cendres ; les Héliades, ses sœurs, en arbres ; leurs larmes en ambre ; Cycnus, le fils de Sthénéus, parent de Phaéton, en cygne, l'oiseau ; Parrhasis, de pudique en impudique, d'impudique en jeune mère, de jeune mère en ourse, d'ourse en étoile, et le fils de Nyctimène en chouette ; le corbeau consacré à Apollon, de blanc en noir ; la fille de Coroneus en corneille consacrée à Pallas ; Ocyrhoé en jument ; Apollon en berger ; Batus en rocher ; Jupiter en taureau, et sur ce se termine ce livre. En exposant donc la première transformation, l'auteur décrit le palais du Soleil où se rend Phaéton, d'où le vers ci-dessus : « Il se hâte vers sa première origine », et il dit *royal* etc.

1. ROYALE demeure ; DU SOLEIL solaire.

'Regia' (royale) peut être utilisé comme adjectif ou comme substantif, et en ce cas on sousentend 'domus' (maison).

royale : c'est de ces mots que maître Gautier a tiré la possibilité de décrire la demeure de la Victoire quand il dit : « OÙ, construit sur quatre colonnes, se dresse, situé au pied de l'ascension de la lune sur son orbite, le palais royal de la reine, dont le nom est Victoire ».

L'auteur appelle cette demeure le palais royal, et à bon droit parce que c'est la demeure du roi. Car le soleil est le roi de toutes les planètes, il règne sur tout parce qu'il est le principe de toute la végétation. Aucune demeure n'est appelée palais royal si ce n'est le palais du roi.

Dans l'*Anticlaudianus* : « Là brille le palais céleste du Soleil ».

2. LES FLAMMES en splendeur ; PYROPE une pierre.

Le 'pyropos' (pyrope) est une pierre d'une couleur rousse qui tire son nom de 'pyr', 'le feu', et 'opos', 'la vision', pour ainsi dire 'vision du feu', ou, pour ainsi dire qui donne l'apparence du feu. Le pyrope est une pierre précieuse, dite 'enflammée' parce qu'elle émet des étincelles, ou bien c'est une sorte d'*electrum*. Il y a trois sortes d'*electrum* : l'une, que les arbres distillent et qu'on appelle 'succin', et une autre naturelle, c'est-à-dire les gemmes, une troisième artificielle, faite de trois quarts d'or et d'un quart d'argent.

arboribus desudat et dicitur succinum, aliud naturale ut gemme, aliud ficticium quod fit ex tribus partibus auri et quarta argenti.

In firmamento est domus Solis. Columnae autem, ut quidam uolunt, sunt quattuor elementa quibus fulcitur mundus siue firmamentum. Vel secundum alios sunt quattuor principales partes mundi, scilicet oriens, occidens, australis, septentrionalis. Vel quattuor signa principalia, scilicet Cancer, Leo, Aries, Libra. Vel quattuor tempora, scilicet hiemps, estas, uer, autumpnus. Item aurea dicitur domus solis quia est ignea. In mane uero nubes soli opponuntur et non permittunt solem uideri in puritate sua, unde in mane rubet quia inclusus a nubibus, et hoc est *clara micante auro*. In medio autem cum est sol⁵, tunc uidetur in puritate sua, et tunc uidetur ardere quia tunc est in feruore suo, et hoc est *flammas imitante piropo*. In sero autem albescit et tepet quia tendit ad occasum, et hoc est *cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat, summa* id est ultima. Circa autem solem dicuntur esse terra et mare, quia mediante sole desiccatur qua operiebatur terra et apparuit arida et terram ab aquis diuisit sol. Vulcanus ideo dicitur celasse terram et mare, quia mediante igne facta est diuisio elementorum : Vulcanus enim interpretatur ignis, et hoc est quod dicit *regia* etc.⁶

3. CVIVS regie ; NITIDVM splendens.

4.

ualue dicuntur a uoluendo, quia in se⁷ uoluuntur, per quas intelligimus orientem et occidentem.

5. MATERIAM uel *materiem* ; OPVS artificium siue celatura ; MVL CIBER Vulcanus ; ILLIC in regia.

Vere materiatum superabat, licet esset aurea et argentea, *nam Mulciber*, id est Vulcanus, quasi mulcens ferrum cum imbre.

Mulciber : simile dicit Homerus : « Illic Ignipotens mundi fabricauerat arcem | sideraque et liquidas re<di>mitas undique nimphas⁸ ».

6. CELARAT id est celauerat.

terras in medio equore existentes. Est enim terra medium elementum et infimum, in cuius circumferencia fluit mare.

5 autem cum est sol] S, *in ras.* V, cum autem sol est in medio W.

6 circa autem sole... regia etc.] S W, *in ras.* V. ◊ sol] *scripsimus*, soli S W.

7 se] W S, cardine *in ras.* V².

8 re<di>mitas] *remitas ut uid.* W, *romitas* V, *quid* in S, *dub.*

Au firmament se trouve la demeure du Soleil. Les colonnes sont, selon certains, les quatre éléments qui soutiennent le monde ou le firmament. Ou bien selon d'autres ce sont les quatre parties principales du monde, à savoir l'orient, l'occident, le sud et le nord. Ou bien les quatre signes principaux, à savoir le Cancer, le Lion, le Bélier, et la Balance. Ou bien les quatre saisons, à savoir l'hiver, l'été, le printemps, et l'automne. De même on dit que la demeure du Soleil est d'or, parce qu'elle est de feu. Le matin les nuages se mettent devant le soleil et ne permettent pas de voir le soleil dans la pureté de son éclat, c'est pourquoi le matin il est rouge, parce qu'il est enfermé par les nuages, et c'est ce que signifie *brillant d'un éclat d'or*. Mais quand le soleil est au milieu de sa course, alors on le voit dans toute sa pureté, et alors il semble être en feu, parce qu'à ce moment-là il est dans toute son ardeur, et c'est ce que signifie *des flammes d'une couleur de pyrope*. Mais le soir il devient blanc et tiède, parce qu'il tend vers son coucher, et c'est ce que signifie (*dont*) *le luisant ivoire couvrait le haut de ses faîtes* ; *summa* signifie le haut. On dit qu'autour du soleil se trouve la terre et la mer, parce que, le soleil étant au milieu, ce qui couvrait la terre s'est asséché et la terre ferme est apparue et le soleil a séparé la terre des eaux. C'est pourquoi on dit que Vulcain avait caché la terre et la mer, parce que quand le feu était au milieu la séparation des éléments s'est produite : car Vulcain signifie 'le feu' et c'est ce qu'introduit *royale* etc.

3. DUQUEL du palais royal.

4.

ualue (*les battants de la porte*) viennent de 'uoluere' (tourner), parce qu'ils tournent sur eux-mêmes, et par eux nous comprenons l'orient et l'occident.

5. L'ŒUVRE l'art ou la ciselure ; MULCIBER Vulcain ; LÀ dans le palais royal.

Elle surpassait vraiment la matière, quoiqu'elle fût d'or et d'argent, car *Mulciber*, c'est-à-dire Vulcain, pour ainsi dire 'mulcens cum imbre' (caressant – le fer – avec la pluie).

Mulciber : de même Homère dit : « Là le Maître du feu avait fabriqué le sommet du monde et les astres et la mer liquide de toutes parts ».

6.

les terres qui se trouvent au milieu de la mer. Car la terre est l'élément central et le sédiment autour duquel coule la mer.

7. TERRARVM ORBEM id est terram orbiculatam ; CELVM id est aera de quo supra « imminet his aer etc. » ; IMMINET ORBI superponitur mundo.

8. CERVLEOS propter aquam, depictos scilicet ; VNDA mare ; et habet⁹ TRITONA qui deus est marinus.

Triton dicitur tubicen Neptuni, unde supra : « Ceruleum Tritona uocat conchaque sonanti | inspirare iubet ».

9. PROTHEA illum deum ; AMBIGVVM mutabilem, quia diuersas potest formas assumere.

ambiguum unde infra : « Sunt quibus in plures ius est uariare figuras, | ut tibi complexi¹⁰ terram etc. ».

Balena est maximus piscis qui motu corporis sui aquas dissipat : 'baleros' grece idem est quod emittere¹¹ latine.

10. SVIS cum¹² ; IMMANIA magna.

Egeon quidam Gigas fuit qui cum aliis Gigantibus in gigantomachia¹³ pugnauit contra Iouem, quem deuictum Iupiter dedit Neptuno.

Egeona : simile dicit Homerus : « Addideratque freto sua numina : Nerea magnum | Oceanumque senem nec eundem Nerea semper | Tritonesque feros et amantem Egeona fluctus ».

[f. 12r]

11. DORIDA habet uxorem Nerey ; NARE in mari.

Doris uxor Nerey uel Oceani dicitur que septem filias habuit, quarum inferiores partes erant pisceae et superiores humane ; set historiam tangit quia Doris Grecie rex in mari cum exercitu suo submersus est, qui fabulose in deam maris mutari dicitur, exercitus uero suus in nimphas que filie Doridis dicuntur. Doris interpretatur amaritudo et amaritudo regnat in mari.

12. PARS et alia ; IN MOLE rupe ; SICCARAE uidetur.

13. PISCE super pisces ; QVEDAM pars natarum ; NON fuit ; VNA eadem¹⁴.

Pars dicitur uehi in pisce quod nichil aliud est nisi quod pisces traxerunt eos qui submersi fuerunt ut eos deuorarent et ideo feruntur mutari in deos marinos¹⁵. Vel quia omnia monstra marina desinunt in pisces.

9 et habet] W S, *in ras.* V.

10 complexi] W S, complexo V² *in ras.*

11 emittere] W S, mittere *ex* emittere V².

12 cum] W S, *in ras.* V.

13 gigantomachia] V, gigantomachiam W S.

14 fuit] W S, *in ras.* V. ∅ eadem] V, et eadem S W.

15 marinos] V, maris W S.

7. LE GLOBE DE LA TERRE c'est-à-dire la terre de forme ronde ; LE CIEL c'est-à-dire l'air mentionné plus haut : « L'air s'étend au-dessus etc. » ; IL S'ÉTEND AU-DESSUS DU GLOBE il est au-dessus du monde.

8. AZURES à cause de l'eau, peints évidemment ; LA VAGUE la mer ; et il y a TRITON qui est un dieu marin.

Triton est appelé 'celui qui sonne de la conque' pour Neptune, d'où plus haut : « Il appelle le bleu Triton et il lui ordonne de souffler dans sa conque sonore ».

9. PROTÉE le dieu ; INCERTAIN changeant, parce qu'il peut revêtir des formes diverses.

incertain d'où plus bas : « Il y a des corps qui ont le droit de se changer en plusieurs figures, comme toi, (habitant de la mer) qui entoures la terre etc. ».

La baleine est un très grand poisson qui chasse l'eau par le mouvement de son corps : 'ballein' en grec signifie la même chose qu' 'emittere' (jeter) en latin.

10. Avec SES

Égéon était un Géant qui se battit avec d'autres Géants lors de la gigantomachie contre Jupiter ; après l'avoir vaincu, Jupiter donna Égéon à Neptune.

Égéon : de même Homère dit : « Et il avait donné à la mer ses divinités : Le grand Nérée, le vieil Océan et Nérée, qui n'avait pas toujours la même apparence, les Tritons sauvages et Égéon qui aime les flots ».

[f. 12r]

11. Il a DORIS l'épouse de Nérée ; NAGER dans la mer

On dit que Doris, l'épouse de Nérée ou de l'Océan eut sept filles, dont le bas du corps était celui de poissons et le haut celui de femmes, mais ici il traite d'histoire, car Doris, le roi de la Grèce, fut englouti dans la mer avec son armée et la fable dit qu'il fut transformé en une déesse de la mer et son armée en nymphes appelées filles de Doris. Doris s'interprète comme l'amertume et l'amertume règne dans la mer.

12. Et une autre PARTIE ; SUR LA DIGUE le rocher ; on les voit SÉCHER.

13. SUR UN POISSON sur les poissons ; UNE CERTAINE partie des nageuses ; N'avait PAS ; UNE la même.

On dit qu'une partie voguait sur le dos d'un poisson ce qui signifie tout simplement que les poissons entraînaient ceux qui s'étaient noyés pour les dévorer et c'est pourquoi on raconte qu'ils se sont transformés en divinités marines. Ou bien parce que tous les monstres marins se terminent en queues de poisson.

facies : simile dicit Ouidius de Sabinis raptis : « Nam timor unus erat, facies non una timoris ».

14. NEC quamuis non una ; TAMEN set talis est ; DECET non penitus similes, nec penitus dissimiles.

Ita aqua habuit sua elementata¹⁶.

15.

gerit : uidetur gerere per picturam.

terra : simile Homerus : « Terra gerit siluas horrendaque¹⁷ monstra ferarum | fluminaque et montes cumque altis opida muris ».

16. CETERA NVMINA RVRIS que continentur in rure.

cetera sicut sunt satyri et fauni qui dicuntur esse dei agrorum et hoc dicit quia nimphe dicuntur dee marine¹⁸.

17. HEC supradicta ; SVPER scilicet super terram et mare ; CELI YMAGO representacio firmamenti.

Supra : « Ignea conuexi uis et sine pondere celi ».

18. FORIBVS DEXTRIS in ; TOTIDEMQVE scilicet sex.

Quia sol in unius anni spacio peragrat duodecim signa.

foribus : per fores intelligitur septemtrionalis pars et australis ; in australi parte est Capricornus, in septemtrionali est¹⁹ Cancer.

19. SIMVLAC²⁰ postquam ; CLIMENEIA Pheton, filius Climenes

Ecce ostendit ad quid domum Solis descripsit actor, uidelicet ut ad illam quasi dignam Pheton ueniret ut melius patrem suum cognosceret. Vnde²¹ ita continuandum est : talis erat domus Solis ut predictum est, *quo* ad quem locum.

cliuo pro cliuoso, sicut pluuiosus pro pluuioso, uel *acliuo* una sit dictio, id est tortuoso limite. Vel *cliuo* dicit quia non audebat recte incedere propter solis claritatem²².

cliuo : respicit ad hoc quod dicturus est : « Sectus in obliquum est lato curuamine limes ».

16 elementata] *ut uid.* V W, elementa S.

17 horrendaque] V S, honerosaque W.

18 et hoc dicit quia] S W, *in ras.* V. ◊ marine] W S, *in ras.* V.

19 est] S W, *in ras.* V.

20 *cf.* Tarrant *in app.*

21 ecce... unde] S W, *in ras.* V.

22 uel cliuo dicit... claritatem] *in ras.* V.

les visages : de même Ovide dit à propos des Sabines enlevées : « Car si leur peur était la même, les visages de la peur ne l'étaient pas ».

14. IL SIED : elles n'étaient ni tout à fait semblables, ni tout à fait dissemblables.

De cette manière l'eau avait ses éléments.

15.

porte : sur l'image on la voit porter.

la terre : de même Homère : « La terre porte des forêts et de monstrueux fauves terrifiants, des fleuves, des montagnes et des villes avec des murs élevés ».

16. LES AUTRES DIVINITÉS DE LA CAMPAGNE celles qui sont contenues dans la campagne.

les autres comme les satyres et les faunes qu'on appelle dieux des champs et il dit cela parce que les nymphes sont appelées des déesses marines.

17. CECI mentionné plus haut ; AU-DESSUS c'est-à-dire au-dessus de la terre et de la mer ; IMAGE DU CIEL représentation du firmament.

Voir plus haut : « La substance ignée et sans pesanteur de la voûte céleste ».

18. Sur LE BATTANT DE DROITE ; LE MÊME NOMBRE six.

Parce que le soleil parcourt les douze signes du zodiaque en l'espace d'une année.

battant : par les battants on entend la partie septentrionale et la partie méridionale ; dans la partie méridionale se trouve le Capricorne, dans la partie septentrionale le Cancer.

19.

Ici l'auteur montre pourquoi il a décrit le palais du Soleil, à savoir pour que Phaéton arrivât à ce palais en quelque sorte digne de son père, pour qu'il pût mieux le reconnaître. C'est pourquoi il faut continuer de la manière suivante : le palais du Soleil était tel qu'on l'a décrit ci-dessus ; où à ce lieu.

cliuo pour 'cliioso' (qui s'élève en pente), tout comme 'pluuio' pour 'pluuioso' (pluvieux), ou *acliuo* ont la même signification, c'est-à-dire 'par un sentier sinueux'. Ou bien il dit *cliuo* parce qu'il n'osait pas s'approcher en droite ligne à cause de l'éclat du soleil.

en pente se réfère à ce qu'il dira plus tard : « Le sentier tracé obliquement décrit une large courbe ».

20. PARENTIS Phebi.

«*dubitati parentis*» quia dubitabat an esset pater suus necne.

Quod inde dubitauerit aparet supra : « At tu si modo sum celesti stirpe creatus, | ede notam tanti generis ».

21. PROTINVS statim ; FERT ille.

22. CONSISTIT Pheton ; PROCVL pre oculis, uel a longe²³ ; PROPIORA ferre non ualebat.

propiora : unde non est ausus accedere sicut nec Fronesis ad sedes supernas. Vnde in *Anticlaudiano* : « Postquam uirgo Dei solium sedesque supernas | ingrediens, uoluit noua prelibare uidendo | offendit splendor oculos²⁴ ».

procul quia humani uultus non possunt pati diuinam claritatem.

23. LVMINA solis

24. IN SOLIO sicut rex in cathedra ; CLARIS hoc dicit ad exprimendum maiorem solis claritatem.

Dico quod ad patrem suum non audebat Pheton proximus uenire propter maximam claritatem, unde primo ponit descriptionem status Phebi dicens *Phebus*.

25. A DEXTRA parte.

a dextra : ab utraque parte solis dicitur esse dies, quia dies nichil aliud est quam aer illuminatus a sole. Bonum ordinem obseruat actor quia ex aere illuminato a sole fit dies, ex diebus mensis, a mensibus annus, ab annis secula, secula enim habent horas distinctas²⁵.

Simile Homerus : « Annorumque uices diuersaque tempora noctis, | quattuor et mundi partes, quantum Arthos ad Austrum | et quantum occasus roseo distaret ab ortu ».

purpurea : hoc dicit quia rubicundi coloris est in mane.

26. EQVALIBVS quia nulla est maior quam alia.

Et hoc de horis naturalibus et artificialibus potest legi, siue de equinoctialibus tantum. Siquidem hora artificialis est duodecima pars diei artificialis uel noctis artificialis uel usualis. Naturalis hora est uicesima quarta pars diei naturalis et hec omnia recte circa solem dicuntur esse.

27. STABAT ibi.

uerque nouum : hoc dicit quia per recessum solis habemus hiemem, per accessum estatem, in medio uero accessus est uer, in medio recessus

23 pre oculis uel a longe] S W, in ras. V.

24 dei] V S, dea W. ◊ noua] W, nouam V S.

25 secula enim habent horas distinctas] S W, in ras. V.

20 DU PÈRE de Phébus

«du père incertain» parce qu'il n'était pas certain qu'il fût ou non son père.

Le fait qu'il en ait douté apparaît plus haut : « Mais toi, si je suis bien né d'un dieu, donne-moi la preuve d'une si noble origine »

22. IL S'ARRÊTE Phaéton ; PROCVL 'pre oculis' (devant les yeux) ou au loin ; PLUS PROCHE il ne pouvait (la) supporter.

(la lumière) plus proche : c'est pourquoi il n'osa pas se rapprocher, comme Phronesis non plus, des lieux supérieurs. D'où dans l'*Anticlaudianus* : « Quand la Vierge mère de Dieu, entrant dans le royaume et les lieux supérieurs, voulut parcourir du regard les choses nouvelles, leur splendeur blessa ses yeux ».

au loin parce que le regard humain ne peut supporter la clarté divine.

23. L'ÉCLAT du soleil.

24. SUR LE TRÔNE comme un roi sur son siège ; CLAIRS il dit cela pour exprimer l'immense clarté du soleil.

Je dis que Phaéton n'osait pas s'approcher plus près de son père en raison de l'immense clarté, c'est pourquoi il place d'abord la description de la position de Phébus en disant *Phébus...*

25.

à droite : on dit que les jours sont disposés des deux côtés du soleil, parce que le jour n'est rien d'autre que l'air illuminé par le soleil. L'auteur observe le bon ordre, parce que de l'air illuminé par le soleil naît le jour, des jours le mois, des mois l'année, des années les siècles ; car les siècles ont des heures distinctes.

De même Homère : « La succession des années et les diverses phases de la nuit, et les quatre parties du monde, aussi loin que l'Ourse est éloignée du Midi et le coucher du lever rouge ».

de pourpre : il dit cela parce que le soleil le matin est de couleur rouge.

26. ÉGALES parce qu'aucune n'est plus longue que l'autre.

Cela, on peut le lire des heures naturelles et artificielles, ou seulement des équinoxiales. S'il est vrai que l'heure artificielle est la douzième partie du jour artificiel ou de la nuit artificielle ou usuelle, l'heure naturelle est la vingt-quatrième partie du jour naturel et on dit à juste titre que tout cela se trouve autour du soleil.

27.

le nouveau printemps : il dit cela parce que quand le soleil s'éloigne nous avons l'hiver, quand il se rapproche l'été, mais quand il est au milieu

est autumpnus. *nouuum* dicit quia in uere res renouantur et omnia reuirescunt, et quasi de ueteribus noua fiunt.

28. NVDA hoc dicit quia nudi sunt homines in estate propter calorem ; SPICEA quia tunc sunt segetes.

29.

<*uiuis*> quia uue uinearum ad maturitatem ducte in autumpno calcantur et fit uinum.

30. ET stabat ibi ; GLACIALIS HYEMS quia frigida ; HIRSVTA synodoche. *hirsuta* dicit propter homines qui sunt hirsuti in hieme.

canos dicit quia aut nulle sunt frondes in hieme aut, si sunt, cane sunt. Vel *canos* dicit propter niues²⁶.

Hec omnia dicuntur esse circa solem quia secundum minorem accessum uel maiorem uel mediocre solis ad nos sunt iste temporum diuersitates.

31. LOCO per ; MEDIVS existens ; RERVVM planetarum²⁷ ; PAVENTEM propter res antea non uisas.

inde loco medius : inde ab illo loco. Supradictum est autem quod sedebat Phebus in solio ; *medius loco* dicit quia habito respectu ad planetas non ad signa propinquior est sol terre quam firmamento, et ideo dicit *loco* non spacio²⁸. Vel *medius* quia inter hec omnia que dicta sunt positus. Vel *medius* inter planetas quia tres sunt supra solem, ut Iupiter, Saturnus, Mercurius, et tres sub sole, ut Mars, Venus, luna. Sol autem est in medio et propter hoc medius. Vel *medius* quia per medium zodiaci fertur sol. Alia autem, ut luna et alia, sunt in extremitatibus zodiaci et sic sol est in medio. Luna autem quandoque fertur per inferiorem partem zodiaci, quandoque per superiorem, quia habet temperatum calorem. Vel *medius* inter austrum et septentrionem. Ad sciendum quod sol sit medius ecce uersus : « Mercurius lunam sequitur, Venus hunc, Venerem sol, | Mars solem sequitur, pater hunc suus et suus illum ». Vel sic uersus planetarum sunt : « Sequitur luna Saturnus Iupiter Hesus²⁹ ».

26 canos dicit... niues] S W, *in ras.* V.

27 planetarum] S W, *in ras.* V.

28 dicit quia... spacio] S W, *in ras.* V.

29 uel sic uersus... hesus] S W, *in ras.* V.

de sa phase de rapprochement, c'est le printemps, au milieu de sa phase d'éloignement, c'est l'automne. *nouveau*, dit-il, parce qu'au printemps les choses se renouvellent et que tout reverdit, et les choses nouvelles naissent pour ainsi dire des anciennes.

28. NU il dit cela parce qu'en été les hommes sont nus à cause de la chaleur ; D'ÉPI parce qu'il y a les moissons à ce moment-là.

29.

«les raisins» parce que c'est en automne qu'on foule les raisins des vignes parvenus à maturité et qu'on produit le vin.

30. ET il y avait ; L'HIVER GLACIAL parce qu'il est froid ; HIRSUTE synecdoque.

hirsute, dit-il, parce qu'en hiver les hommes sont hirsutes.

blancs, dit-il, parce qu'il n'y a pas de feuillages en hiver ou que, s'il y en a, ils sont blancs. Ou bien il dit *blancs* à cause de la neige.

On dit que tout cela se trouve autour du soleil parce que selon que la distance du soleil par rapport à nous est plus petite, plus grande ou moyenne, il en résulte les différences des saisons.

31. EFFRAYÉ à cause des choses qu'il n'avait encore jamais vues.

de là, au milieu du lieu : de là, de ce lieu. On a dit plus haut que Phébus était assis sur le trône ; *au milieu du lieu*, dit-il, parce que par rapport aux planètes, et non aux signes du zodiaque, le soleil est plus proche de la terre que du firmament, et c'est pourquoi il dit *du lieu* et non pas 'de l'espace'. Ou bien *au milieu*, parce qu'il se trouve au milieu, parmi toutes les choses qu'on a mentionnées. Ou bien *au milieu*, parmi les planètes, parce que trois se trouvent au-dessus du soleil, à savoir Jupiter, Saturne, Mercure, et trois au-dessous du soleil, à savoir Mars, Vénus, la lune. Or le soleil se trouve au milieu et à cause de cela il est médian. Ou bien *au milieu*, parce que le soleil se déplace à travers le milieu du zodiaque. Or les autres planètes, comme la lune et d'autres encore, se trouvent aux extrémités du zodiaque et le soleil est donc au milieu. Or la lune se déplace tantôt à travers la partie inférieure du zodiaque, tantôt à travers la partie supérieure, parce qu'elle est d'une chaleur tempérée. Ou bien *au milieu* entre le sud et le nord. Pour savoir que le soleil est au milieu, voici un vers : « Mercure suit la lune, Vénus celui-ci (Mercure), le soleil suit Vénus, Mars le soleil. Son père (Jupiter) suit celui-ci (Mars) ; le sien (Saturne) suit celui-là (Jupiter). » Ou bien les vers sur les planètes sont : « La séquence est : lune, Saturne, Jupiter, Hésus ».

paudentem : simile in *Anticlaudio* de frenesi : « Mentemque timore
| percussit rerum nouitas ».

32. SOL Phebus ; IUVENEM Phetontem.

quibus aspicit omnia : ecce quare dicit infra : « Et uirgine figis in una
| quos mundo debes oculos ».

33. PETISTI pro petiisti.

Vidit Phebus Phetontem et ait *que*.

34. PROGENIES scilicet ; PHETON o ; HAVT non ; INFICIANDA
deneganda.

35. ILLE Pheton ; O LVX existens ; PVPLICA communis.

36. PATER ita dico *si* ; NOMINIS scilicet uocandi te patrem.

<pater> audierat enim a matre : « Hoc te qui temperat orbem | sole
satum ».

37. FALSA pretendendo quod sis pater meus ; CVLPAM suam ; YMAGINE
simulacione ; CELAT non.

Id est si non genuit me ab alio patre quam a te.

Et *si Climene celat culpam* id est crimen *non falsa imagine* id est uera
dicendo te uere esse patrem meum ; culpa siquidem fuit cum alio quam
cum marito concumbere, set culpam aliquantulum redimebat quando
se concubuisse cum Phebo dicebat³⁰.

Vel sic : *nec falsa Climene* quasi diceret : si Climene uerum asserit quod
sub falsa ymagine lusoris cum ea concubuisti, id est sub specie Meropis,
quia sub specie Meropis genuit Phebus Phetontem de Climene³¹.

Vel sic *nec*³² *Climene celat culpam* suam *sub falsa ymagine*. Verbi gratia
ponatur quod aliqua mulier rem habeat cum aliquo ignobili et ex eo
concipiat, postea quidam nobilis eam cognoscat, ipsa celat rem quam
habuit cum ignobili dicens se a nobili concepisse et sic celat rem sub
falsa ymagine et hoc est *nec falsa*, etc.

38. PIGNORA argumenta ; DA michi ; TVA VERA PROPAGO tuus uerus
filius.

Pignus tria significat quod innuit iste uersus : « Pignus alo, pignus
redimo, do pignus amoris ».

39. CREDAR esse ; ERROREM id est hanc dubitacionem que me facit
errare.

30 S W, *in ras.* V.

31 S W, *in ras.* V. ∅ sub specie meropis quia sub specie meropis] S, sub specie meropis W.

32 uel sic nec] S W, *in ras.* V.

effrayé : de même dans l'*Anticlaudianus* à propos de la folie : « La nouveauté des choses frappe l'âme d'effroi ».

32. SOLEIL Phébus ; LE JEUNE HOMME Phaéton.

avec lesquels il voit tout : voici pourquoi il dira plus bas : « Et tu fixes tes yeux – que tu dois au monde – sur une seule jeune fille ».

33.

Phébus vit Phaéton et dit *quelle...*

34. MON FILS évidemment ; Ô PHAÉTON.

35. IL Phaéton ; Ô toi qui es la LUMIÈRE.

36. MON PÈRE je dis cela *si* ; DE CE NOM c'est-à-dire de t'appeler 'père'.
<mon père> car il avait entendu de sa mère : « Tu es le fils du soleil qui règle le monde ».

37. FAUSSE en alléguant que tu es mon père ; sa FAUTE ; ne CACHE pas.
 C'est-à-dire si elle ne m'a pas conçu d'un autre père que toi.

Et *si Climène cache sa faute* c'est-à-dire son crime *non pas sous une fausse apparence*, c'est-à-dire qu'elle dit la vérité en disant que tu es vraiment mon père, toutefois la faute fut d'avoir couché avec un autre que son époux, mais elle rachetait un peu sa faute, quand elle disait qu'elle avait couché avec Phébus.

Ou bien : *Climène (ne cache pas) sous une fausse (apparence)* comme s'il disait : si Climène dit vrai en affirmant que tu as couché avec elle sous la fausse apparence d'un comédien, c'est-à-dire sous l'aspect de Mérops, parce que c'est sous l'aspect de Mérops que Phébus a engendré Phaéton avec Climène.

Ou bien : *et Climène ne cache pas sa faute sous une fausse apparence*. Par exemple : admettons qu'une femme ait une aventure avec un homme de basse naissance et qu'elle en soit enceinte, et qu'ensuite un homme noble couche avec elle, elle cache l'aventure qu'elle a eue avec l'homme de basse naissance en disant qu'elle est enceinte de l'homme noble et de cette manière elle cache l'affaire sous une fausse apparence et c'est ce que signifie *pas fausse* etc.

38. GAGES preuves ; DONNE-moi ; TON VRAI REJETON ton vrai fils.

'Pignus' signifie trois choses, ce que le vers suivant donne à entendre : « J'élève mon enfant, je rachète avec un gage, je donne un gage d'amour ».

39. QU'ON ME CROIE être ; L'ILLUSION c'est-à-dire cette hésitation qui me fait m'égarer.

40. Ita Pheton DIXERAT ; AT GENITOR set Phebus ; CIRCVM CAPVT suum, circa omnem partem capitis.

Ita loquutus fuerat Pheton Phebo.

41. RADIOS splendentes ; IVSSIT Phetontem.

42. AMPLEXV DATO a Phebo illi, ait ; MEVS ESSE filius.

43. CLIMENE mater tua.

44. QVO ut ; MINVS non.

45. ME TRIBVENTE tibi conferente ; PROMISSI rei promisse ; ADESTO adsit.

«*promissis testis adesto*» promitto quod habebis quicquid petieris, quod ut melius credas iuro tibi per paludem infernalem.

46. IVRANDA et non periuranda ; PALVS infernalis, scilicet Stix ; INCOGNITA sol enim non intrat infernum.

diis iuranda : simile supra : « Et Stigias iubet hoc audire paludes ». Stigem habent sibi ad iurandum superi, unde Lucanus de Tithareso qui habet originem a Stige : « Hunc fama est Stigiis manare paludibus ampnem | et capitis memorem fluuii contagia uilis | nolle pati superumque sibi seruare timorem ».

Stix enim interpretatur tristitia quam nemo mortalis audet iurare, set tantummodo dei, nec licebat illis³³ periurare illam.

[f. 12v]

47. DESIERAT loqui Phebus ; ILLE Pheton ; PATERNVS patris³⁴.

48. IN DIEM per spacium unius diei ; ALIPEDVM id est uelocium, ac si haberent alas.

ius id est potestatem et magisterium.

Ius plura significat : « Ius lex humana, ius lex diuina uocatur, | ius aqua, ius rectum, ius dicitur esse potestas ».

49. PATREM Phebum

Ita Phebus dixit quod daret quicquid peteret et iurauerat et quia stulte petierat Pheton *penituit*.

Ita promiserat se daturum illi regimen currus paterni³⁵.

ter quaterque id est multociens, finitum pro infinito. Vel refertur ad animam quia, ut quidam uolunt, est irascibilis, concupiscibilis et

33 illis] V S, eis W.

34 patris] S, prum W, patris regimen currus paterni V. regimen currus paterni *transposuimus infra, post* ita promiserat se daturum illi.

35 ita promiserat se daturum illi regimen currus paterni] S, i. p. se d. i. V (*uide supra*), om. W.

40. C'est ainsi que Phaéton AVAIT PARLÉ ; MAIS SON PÈRE mais Phébus ; AUTOUR DE sa TÊTE, tout autour de sa tête.

C'est ainsi que Phaéton avait parlé à Phébus.

41. LES RAYONS resplendissants ; IL ORDONNA à Phaéton.

42. APRÈS L'AVOIR EMBRASSÉ Phébus lui dit ; TU ES MIEN mon fils

43. CLIMÈNE ta mère

44.

45.

«sois témoin de ma promesse» je promets que tu auras tout ce que tu demanderas, et pour que tu me croies plus facilement je prête serment par le marais des enfers.

46. IL FAUT JURER et ne pas se parjurer : LE MARAIS infernal, à savoir le Styx ; INCONNU le Soleil en effet n'entre pas dans les enfers.

sur lequel les dieux doivent jurer : de même plus haut : « Et il prend les marais du Styx à témoin de son serment ». Les dieux doivent jurer sur le Styx, d'où les vers de Lucain sur Titaresos qui est originaire du Styx : « La tradition affirme que ce fleuve découle des marais stygiens ; se souvenant de sa source, dit-on, il ne veut pas souffrir le contact d'une rivière banale, et garde pour lui le respect qu'il inspire au Ciel ».

Le Styx en effet s'interprète comme la tristesse sur laquelle aucun mortel n'ose jurer ; seuls les dieux le faisaient, et il ne leur était pas permis de se parjurer.

[f. 12v]

47. Phébus AVAIT CESSÉ de parler ; CELUI-CI Phaéton.

48. PENDANT UN JOUR pendant l'espace d'un seul jour ; AUX PIEDS AILÉS c'est-à-dire rapides, comme s'ils avaient des ailes.

le droit c'est-à-dire le pouvoir et la direction.

'Ius' 'le droit' signifie plusieurs choses : « On appelle 'ius' la loi humaine, 'ius' la loi divine, 'ius' l'eau, 'ius' ce qui est juste, et l'on dit que 'ius' c'est le pouvoir ».

49. LE PÈRE Phébus.

Ainsi Phébus lui dit qu'il lui donnerait ce qu'il désirerait et il l'avait juré et parce que Phaéton a fait un vœu stupide, il se repentit.

Il avait donc promis qu'il le laisserait conduire le char paternel.

trois fois et quatre fois c'est-à-dire maintes fois, le fini pour l'infini. Ou bien, cela se réfère à l'âme, parce que, comme certains le veulent elle est irascible, concupiscente et douée de raison ; ou bien parce que la

rationalis. Vel quia subiacent illi ratio, intellectus et memoria. *quater* autem quantum ad corpus quod constat ex quattuor elementis. Vel quattuor habito respectu ad quattuor humores de quibus omne complexionatur, scilicet melancolicum, flegmaticum, colericum, sanguineum humorem.

50. ILLVSTRE nobile, illustratum radiis.

51. TVA uoce.

<temeraria uox mea facta tua est> id est stulta peticio tua me temerarium et improuisum promittendo probat.

Quasi diceret : stultus sum promittendo et tu petendo³⁶.

52. NON DARE denegare tibi ; NATE o ; NEGAREM uel *negassem*³⁷.

53. DISSVADERE hoc tibi ; LICET licitum est michi ; TVTA segura.

<dissuadere licet> ne tu cupias ea que poscis. Negare non possum quia iuravi, set *licet*.

Voluntatem habes regendi currus, set *tua*.

54. PHETON o ; QVE talia ; VIRIBVS tuis ; ISTIS puerilibus et mortalibus.

55. ANNIS tuis, quia pueriles sunt anni tui.

56. SORS est MORTALIS ex parte matris ; NON EST MORTALE non pertinet ad mortalem³⁸ et ideo non debes optare.

Vere munera que tu petis non sunt tuis annis conueniencia nec etiam tuis uiribus, quia *sors*.

<mortalia> hac³⁹ de causa dicit Cato : « Cum sis mortalis que sunt mortalia cura ».

57. QVOD hoc.

58. NESCIVS ignorans ; AFFECTAS cupis ; QVISQVE deorum.

<licebit> id est quamuis quisque placeat sibi de potestate sua, id est superbiat : ille enim qui sibi placet superbit.

59. QVISQVAM deorum ; CONSISTERE uel *considerere*.

60. ME id est preter me ; QVOQVE etiam ; RECTOR Iupiter.

Et quod nullus deorum possit currum regere ostendit per Iouem qui summus est deorum et est argumentum a maiori. Vere nullus deorum reget *quoque* etiam.

61. IACVLATVR iaculando emittit⁴⁰.

36 S W, in ras. V.

37 uel negassem] S W, in ras. V.

38 mortalem] ut uid. V², mortem S W.

39 hac] S W, contra V.

40 emittit] S W, mittit V (e fort. in ras.).

raison, l'intellect et la mémoire lui sont subordonnés. Or, *quatre fois* se réfère au corps qui est constitué de quatre éléments. Ou bien 'quatre' se rapporte aux quatre humeurs dont tout se compose, à savoir les humeurs mélancolique, flegmatique, colérique, sanguine.

50. ILLUSTRE noble, illuminé par des rayons.

51. PAR LES TIENNES par tes paroles.

«*sont devenues imprudentes*» c'est-à-dire ta demande déraisonnable fait de moi par cette promesse un insensé et un irréfléchi.

Comme s'il disait : Je suis insensé d'avoir fait cette promesse, et tu l'es d'avoir fait cette demande.

52. NE PAS DONNER te refuser ; ô MON FILS.

53. Te DISSUADER de faire cela.

«*il m'est permis de dissuader*» cesse de désirer ce que tu réclames. Je ne puis te le refuser parce que j'ai juré, mais *il m'est permis...*

Tu veux vraiment conduire le char, mais *ton...*

54. Ô PHAÉTON ; QUI de telles choses ; à tes FORCES ; CELLES-CI juvéniles et mortelles

55. Ton ÂGE, parce que tu es encore jeune.

56. TON DESTIN est celui D'UN MORTEL du côté de ta mère ; CE N'EST PAS MORTEL cela ne convient pas à un mortel et c'est pourquoi tu ne dois pas désirer cela.

Vraiment, le don que tu demandes ne convient ni à ton âge ni à tes forces, parce que le *destin...*

«*mortelles*» c'est la raison pour laquelle Caton dit : « Puisque tu es mortel, occupe-toi des choses mortelles ».

58. CHACUN des dieux

«*il sera permis*» c'est-à-dire bien que chacun soit content de son pouvoir, c'est-à-dire en tire de l'orgueil : car celui qui est content de soi deviendra orgueilleux.

59. AUCUN des dieux

60. MOI c'est-à-dire sauf moi ; LE SOUVERAIN Jupiter.

Et il montre qu'aucun des dieux ne peut conduire le char en prenant l'exemple de Jupiter qui est le plus grand des dieux, et c'est un argument *a fortiori*. En vérité aucun des dieux ne le conduira, *aussi* 'de même'.

61. IL LANCE il envoie en lançant.

62. AGET non agere poterit ; HOS meos ; QUID quasi diceret nichil ; HABETVR uel *habemus*⁴¹.

63. ARDVA id est tendit in precipucium⁴² ; ET et talis ; QVA per ; VIX cum difficultate ; RECENTES quamuis.

Quod sit ardua uia et prona notat uersus iste : « Incipit a summo uia prona set ardua contra ».

Sol enim in mane ascendit secundum opinionem nostram⁴³.

ardua : dissuasio est a difficultate uie quam describit poetice, ad philosophiam tamen spectans Ouidius, unde ad subsequencium explanationem oportet dicere que sit uia ista. Primi philosophi considerauerunt solem per singulos annos per eadem loca discurrere et usque ad Cancrum ascendere, per Capricornum uero descendere, qui confingentes ibi quandam lineam intelligibilem uocauerunt uiam uel semitam, quamuis uia uel semita non sit ibi, ut si auis per eadem loca uolaret frequenter quandam lineam ibi confingeremus⁴⁴ et uiam eius uocaremus. Postea super illam uiam solis considerauerunt quasdam stellas esse quas in duodecim partes diuiserunt et eas signa uocauerunt et⁴⁵ per eas designatur in qua parte sui ductus⁴⁶ sit sol uel debeat esse et quo tempore uel quo mense. Vnde dictum est supra : « Signaque sex foribus dextris totidemque sinistris ». Et uocantur ipsa nomine animalium ut Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, set nomine animalis non uocatur, que⁴⁷ fit ex brachiis Scorpionis, tamen proprie deberet Scorpio nuncupari. Deinde est Scorpio, Sagitarius, Capricornus, Aquarius dictus nomine Pincerne et Pisces. Hec signa sic ordinata sunt quod Capricornus est in uertice et extremitate torride zone uersus austrum. Post ipsum Aquarius est et ascendit ad nos, deinde Pisces et sic alii ascendendo uersus nos usque ad Cancrum, ideo dicit *ardua prima uia est* et subdit *medio est altissima celo*. Post Cancrum est Leo qui incipit descendere ad Capricornum et cetera in ordine. Ideo dicit Ouidius *ultima prona uia est* ad quod uidendum necessaria est spera lignea. Videamus ergo litteram *ardua* etc.

64. ENITVNTVR enitendo ascendunt ; ALTISSIMA ita alta quod non potest altior esse.

41 uel habemus] S W, *in ras.* V.

42 precipucium] S W, *altum in ras.* V².

43 secundum opinionem nostram] S W, *in ras.* V.

44 confingeremus] S W, *figeremus ex confingeremus (ut uid.)* V².

45 et] V, quod S W.

46 ductus] *scripsimus*, dictus *ut uid.* S V, *in ras.* V.

47 que] S W, quia V².

62. IL NE LE CONDUIRA PAS il ne pourra pas le conduire ; CELUI-CI le mien ; QU'EST CE QUI comme s'il disait 'rien'.

63. ABRUPTTE c'est-à-dire tend vers les hauteurs ; À PEINE avec difficulté.

Que la route soit abrupte et en pente escarpée est noté par le vers suivant : « La route commence au point le plus haut et descend en pente mais elle remonte abruptement en face ».

Le Soleil monte le matin (dans le ciel) selon ce que nous croyons.

abrupte : il tente de le dissuader en soulignant la difficulté du parcours qu'Ovide décrit de manière poétique, mais il se réfère à la philosophie, c'est pourquoi il faut décrire ce parcours pour expliquer ce qui suit. Les premiers philosophes pensaient que le soleil traversait les mêmes lieux tous les ans et qu'il montait jusqu'au Cancer, mais descendait par le Capricorne, et ils imaginèrent une ligne intelligible et ils l'appelèrent route ou chemin, bien qu'il n'y ait là ni route ni chemin, comme si un oiseau traversait souvent les mêmes lieux et que nous imaginions qu'il y existe une certaine ligne et nous l'appellerions sa route. Puis ils pensèrent que le long de cette route du soleil il y avait certains astres qu'ils divisèrent en douze parties et ils les appelèrent les signes du zodiaque ; par ces signes on indique dans quelle partie de sa course le soleil se trouve ou devrait se trouver, et à quel moment ou quel mois. C'est pourquoi on dit plus haut : « Et il y a six signes du zodiaque sur le battant droit et six signes sur le battant gauche », et ils portent des noms d'animaux comme le Bélier, le Taureau, les Gémeaux, le Cancer, le Lion, la Vierge, la Balance – qui, elle, ne porte pas un nom d'animal, mais devrait proprement être appelée Scorpion, car elle est constituée des pinces du Scorpion. Après viennent le Scorpion, le Sagittaire, le Capricorne, le Verseau, nommé d'après l'Échanson (des dieux), puis les Poissons. Ces constellations sont ordonnées de sorte que le Capricorne se trouve au sommet et à l'extrémité de la zone torride vers le sud. Après lui vient le Verseau qui remonte vers nous, puis en montant vers nous il y a les Poissons et les autres signes jusqu'au Cancer, et c'est pourquoi il dit *le début de la route est abrupt* et ajoute *puis, au milieu du ciel, elle est très haute*. Après le Cancer il y a le Lion qui commence à redescendre vers le Capricorne et les autres signes dans l'ordre. C'est pourquoi Ovide dit *la fin est en pente escarpée* : pour visualiser cela il faut avoir une sphère en bois. Retournons donc au texte : *abrupte* etc.

64. ILS FONT DES EFFORTS ils montent en faisant des efforts ; TRÈS HAUTE si haute qu'il ne peut y en avoir de plus haute.

«*altissima*» quia in meridie sol est altissimus.

«*equi*» equos habere dicitur Sol per quod designatur effectus planete duplex, calor scilicet quoniam tale animal calidum est, unde Virgilius in *Georgicis* : « Scilicet ante omnes furor est insignis equarum⁴⁸, | et mentem Venus ipsa dedit » ; et uelocitas que prouenit ex calore, sicut ex frigiditate tarditas.

Graue siquidem est diluculo eniti, unde in libro *de Remedio amoris* : « Principio cliui noster hanelat equus⁴⁹ ».

65. VNDE a quo medio ; IPSI etiam⁵⁰.

66. PECTVS meum.

Bene dissuasoria sunt ista uerba cum dicatur *michi ipsi*. Sunt et phisica, quia dum est in Cancro exercet sol precipue uires suas, unde dicit *fit timor* etc., set quandoque a nubibus impeditur, unde dicit *sepe*.

Item sunt hec phisica uerba quoniam dum nubes que calorem mitigat est collecta in aere opponitur⁵¹ radiis. Dum sol est in Cancro descendens in Leonem de incendio timendum est. Vnde Lucanus : « Si seuum radiis Nemeum etc. » ; quod apparet quia tunc scintillant radii ex calore nimio, ideo poetice dicit *et pauida trepidat formidine pectus*.

67. VLTIMA a Cancro ad Capricornum ; MODERAMINE certo rectore.

ultima : uersus occidentem scilicet in uespere quando sol tendit ad occasum.

«*moderamime certo*» poetice refertur ad equorum regimen, phisice⁵² ad temperamentum caloris a nube habitum.

68. NVNC uel *tunc*⁵³, scilicet dum teneo uiam pronam.

Quid est quod mare solis timere signatur precipicium nisi quod se ipsum totum consumeret sol si aquas non atraheret ad sui nutrimentum ? Quod faciens sol aquam tractam consumendo denudat harenas, quod sonat Lucanus dicens : « Flammiger an Tytan, ut alentes hauriat undas, | erigat Oceanum », et sic timere fingitur Thetis solis precipicium⁵⁴ precipue cum descendit a Cancro, unde dicit Ouidius *tunc etiam*, etc.

48 equarum] *post corr.* V, aquarum S W.

49 S W, *in ras.* V.

50 etiam] S W, *in ras.* V.

51 est] V², *om.* V S W. ◊ opponitur] V *post corr.* (non *in ras.*), non opponitur S W.

52 phisice] W V *post corr.*, philosophice S.

53 nunc uel tunc] V, tunc S W.

54 precipicium] V² *ex* precipucium, precipucium S W.

«*très haute*» parce qu'à midi le soleil est au plus haut.

«*les chevaux*» on dit que le Soleil a des chevaux et par cela on désigne le double effet de la planète, à savoir la chaleur, puisque cet animal est ardent, d'où Virgile dans les *Géorgiques* : « Mais c'est surtout la fureur qui est le signe distinctif des cavales et c'est Vénus elle-même qui l'a donnée » ; et la rapidité qui provient de la chaleur, tout comme la lenteur provient du froid.

Puisqu'il est pesant de faire des efforts à la pointe du jour, d'où dans le livre des *Remèdes à l'Amour* : « Au début de la montée notre cheval respire fortement ».

66. Mon CŒUR.

Ces mots sont bien dissuasifs puisqu'il est dit *moi-même*. Ils se réfèrent aussi à la nature, parce que c'est quand il est dans le signe du Cancer que le soleil exerce son plus grand pouvoir, c'est pourquoi il dit *je m'effraie* etc., mais parfois il est couvert par les nuages, c'est pourquoi il dit *souvent*...

De même, ces mots concernent la nature, parce que quand le nuage qui tempère la chaleur se rassemble dans l'air, il se place devant les rayons. Quand le soleil est dans le Cancer et descend vers le Lion il faut craindre un incendie. D'où Lucain : « Si de tes rayons (tu accables) le cruel lion de Némée etc. », ce qui est manifeste parce qu'à ce moment-là les rayons brillent d'une très grande chaleur, c'est pourquoi il dit de manière poétique *mon cœur tremble d'une grande angoisse*.

67. LA DERNIÈRE (PARTIE) du Cancer jusqu'au Capricorne ; UNE MAÎTRISE un conducteur sûr.

la dernière (partie) : à savoir vers l'occident, le soir, quand le soleil descend vers le coucher.

«*d'une maîtrise sûre*» il se réfère de manière poétique à la maîtrise des chevaux, mais la modération de la chaleur effectuée par le nuage se réfère à un processus naturel.

68. MAINTENANT ou *alors*, à savoir quand je garde la voie escarpée.

Pourquoi dit-il que la mer craint la chute du Soleil sinon parce que le Soleil se consumerait lui-même entièrement s'il n'attirait à lui les eaux pour se nourrir ? De cette manière, en consommant l'eau attirée à lui, le soleil assèche les sables, ce que fait entendre Lucain quand il dit : « Titan porte-flammes, pour puiser l'onde nourricière, dresse-t-il l'océan... », et ainsi on imagine que Téthys craint la chute du soleil avant tout quand il descend du Cancer, et c'est pourquoi Ovide dit *alors même*, etc.

69. IN PRECEPS in precipitium ; THETIS mare ; VERERI uel *timere*.

70. ADDE o Pheton, cum supradictis ; RAPIT raptim ducitur ; VERTIGINE uolucione ; CELVM firmamentum.

adde : item alia est dissuasio a grauitate resistendi uiolencie naturali. Occurrunt siquidem planete firmamento quia uoluuntur contrario motu contra firmamentum, scilicet ab oriente in occidentem, set impetu firmamenti cotidie accidentaliter motu retroferuntur, scilicet ad occasum et ad ortum. Fuit autem necessitas ut sic planete contra firmamentum uoluerentur, quod notat Lucanus ubi dicit : « Syderibus, quecumque fugam moderantur Olympi », quia nisi aliquid resisteret impetui firmamenti, moueret aerem uiolenter. Aer motus uiolenter moueret aquas et ipsas terras et sic nihil posset unire siue stare. Preuidens Deus ergo hec septem corpora planetarum opposuit firmamento ut aliquantulum motus uiolenciam retardarent. Hac de causa dicit magister Galterus : « Quis sidera septem | impetus oblique rapiat contraria mundo ». Quod sciens Ouidius dixit sub persona Phebi dissuadendo filium *adde*, etc.

71. SIDERAQVE ALTA TRAHIT a continente scilicet⁵⁵ a celo, quod est uere altum ; TORQVET torquendo ducit et reducit.

72. NITOR quia sol non est retrogradus ; ADVERSVM contra impetum firmamenti ; CETERA a planetis.

73. IMPETVS Dei uoluntas uel⁵⁶ firmamenti uolucio uiolenta, unde subdit *et rapido contrarius euebor orbi*.

74. FINGE o Pheton ; DATOS CVRRVS esse tibi ; ROTATIS rotantibus et uoluentibus se.

finge datos currus ponatur quod tibi dederim currus.

75. AVFERAT uel *auferret*⁵⁷.

Considerauerunt philosophi duas stellas esse immobiles et uocauerunt eas polos iudicantes eas esse capita illius linee que est in medio mundi⁵⁸ circa quam uoluitur firmamentum que dicitur axis. Axis enim est in quadriga illud lignum circa quod uoluitur rota et sustinet eam. Caput

55 a continente scilicet] S W, *in ras.* V.

56 dei uoluntas uel] S W, *in ras.* V.

57 uel auferret] S W, *in ras.* V.

58 considerauerunt... in medio mundi] S W, *in ras.* V.

69. THÉTYS la mer ;

70. AJOUTE ô Phaéton, à ce qui a été dit ci-dessus ; EN UNE ROTATION en une révolution ; LE CIEL le firmament.

